




**Philippi Melanchthonis Sermo habitus apud iuuentute[m]
Academiae Vuitenberg : de corrigendis adulescentiae studijs.
Rodolphus Agricola Phrisius de studiorum omnium colluuie,
uidelicet Iuris Medicinae, Physices, &Theologiae.**

<https://hdl.handle.net/1874/429976>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F. qu.
148







F. qu
148







congrua deuotione gaudete ut & potentia tua mens transi
 tu laudemus. & pusu nobis percipiamus auxiliu. Requirit eplam
 & euanglm inae unius uirginis. Diffusa est gratia in labris tuis
 pp aera bene dixit se de us in q arum. ut ppter uerba
 & mansue uindictam
 mirabi
Offerri
 dentef. i
 tempore
Adiu
 dextera tu a. Att. Specie tua. et diffusa e. S. u. r. e.
 p. p. c. e. s. & m. u. n. e. r. a. i. n. h. o. n. o. r. e. s. c. i. q. p. r. a. e. d. i. s. g. a. u.
 i. s. u. t. & c. o. n. u. e. n. i. e. n. t. e. r. h. o. c. a. g. e. r. e. & r. e. m. e. d. i. u. m.
 l. e. a. m. u. s. a. d. q. u. i. r. e. r. e. f. i. c. i. S. i. m. i. l. e. t. r. e. g. n. u. c. e. l. o. r. u.
 q. s. d. n. e. & h. o. c. m. i. s. e. r. i. a. q. u. a. s. u. p. s. i. m. u. s.

Miscellanea Theologica
 Quarto n°. 148.

conterta deuotione gaudet
te & potentia tua mensurasti



N^o 20. C.



PHILIPPI

MELANCHTHONIS SER
 mo habitus apud iuuen/
 tutē Academiae Vuit
 tenberg. de corri/
 gendis adule/
 scentiaē stu/
 dijs.

RODOLPHVS Agricola
 Phisius de studiorum om/
 nium colluue, uidehēt Iuris
 Medicinae, Physices, & The/
 ologiae.



Domini sub. a Birchell



2 S

IOANNES DE

OS POMERANVS EQVES IV
VENTVTI SAXONICAE.

Quisquis es hoc uanas populo qui suscipis arteis:
Et sequeris longa res sine fruge mora,
Flecte ratem, medijs male cautus mergeris undis,
Emitat ante oculos perfida Leda tuos.
Approperas Scyllæ, uastæ approperasq; Charybdi,
Imprudens rabidis deperiturus aquis.
Barbarico deflecte sinu, pete mitius æquor,
Fac tua stet tutis anchora iacta uadis.
Flecte ratem, puppisq; nouum proracq; magistrum.
Quære tibi, melius qui sciat artis opus.
Quære ducem, placidis qui det tua lintea uentis,
Ad tutos portus qui tua transtra uehat. ✠
Eximia pietate

EXIMIA PIETATE

AC DOCTRINA VIRO, DOMINO OTHO/
NI BECKMAN IVRISC. CANONICO
VVITTENBURG. PHILIPPVS
MELANCHTHON S. D.



NON PARVUM refert ad uitæ tuendæ rationes, quo genere literarum rudis ætas initio formetur, cum ob alia multa, tum hoc maxime, quod nihil efficacius est ad mutanda ingenia, moresq; hominũ, literis. Nam ferè semper talis est unusquisq; qualem studia faciunt. Nec mihi bonæ literæ, nisi quæ mentis bonæ sunt, uidentur. Itaq; præstat optimis iuuentutẽ crudiri, mores em̃ optimos, optimæ literæ cõserunt. At uideas hodie passim in Germania tale quoddã genus iuueniliũ studiorũ tractari, quod non modo sit ad omnẽ reliquã uitã inutile, sed omnino etiã perniciosum. Etenim deserta pædeia, nescio quib. nugis ingenia, cæterum felicia, occupantur ac franguntur, philosophiam ipsi uocant. Non hoc dico, quo à philosophia studiosos auocem, sed hunc philosophandi ordinem ac ductum nõ probo. Neq; enim angustis adeo finibus circũscripta est philosophia, ut philosophari nihil aliud sit q̃ nugari. Maxima eius pars contempta iacet, ea uidelicet, quæ sola humanitatis nomine maiorib.

Bonæ literæ.

Philosophiã ipsi uocant.

Humanitas.

A 2 nostris

nostris digna uisa est. **A**dulescens quispiam ad Xenocratem adductus, percipiendæ philosophiæ gratia, cum nondum quidc̄q; cyclicorū attigisset, sapientiæ sacris prohibitus est. **S**ic enim ait Xenocrates, *οὐτὸ ἀξίμῳ πόνοσ*

Xenocratis dictum

Saxones.

ὅτι κινάπτεται. **O** uos felices, si recta studia deſim fauore reſciantur, quæ iam ferè caput exerere in Saxonib. cœperunt. Proinde iuuentutem noſtram ſermone nuper habito inhortat⁹ ſum, ut ad bonas literas lætis animis adſpiret. Atq; hoc unū egī paucis, ut intelligat quæ nā ſit Barbaricorū, quæ bonorū ſtudiorū ratio. Neq; dubito, cui ſatis utrūq; genus cognitū eſt, conaturū totis uirib. ut ea parte præſtet, quæ & optima eſt, & ab optimis ſola probatur. Quæ enim ueſania fuerit, immenſo labore,

Otho Beeermannus.

cura, nugæ emere. **O** rationem tuo nomini, Otho doctiſs. dedico, *δοσὶμὸν λίγλω τε φίλκρ τε.* Debe-

mus enim tibi, quicunq; literas profite-

mur, atq; adeo ego, multis ſanè

nominibus, quem pluri-

bus quotidie ſo-

les officijs

cumulare. Hoc igi-

tur munus qualecunq;

eſt, ſi de animo æſtimes meo,

ampliſſimū ac pulcherrimū acce-

piſti. Vale, Vuittembergæ, mēſe Octobri,

ANNO M. D. XVIII.

Philippi



PHILIPPI ME

LANCHTHONIS. SERMO, HABITVS
apud iuuentutem Academiae Vuit/
tenbergensis, de corrigen/
dis adulescētiæ studijs.



NE EGO planè uidear
impudēs, atq; adeo
mei prorsum oblitus,
in hoc cœtu Mag. D.
Rect. Eximij princi-
pes Academiae dictu-
rus, quem cum aliās &
ingenium & umbrati-
le studiorū genus ab
huiusmodi theatris, & hac
plausibili Oratorum
quasi curia auocet, abster-
rere modo cum primis
rei, quam acturus sum, di-
fficultas potuit, ni me cū
pietas in recta studia,
tum officij mei rationes
inhortentur, quo bonas
litteras ac renascentes
Musas, quàm quod maxime
cōmendatas uobis uni-

A 3 uerfis



PHILIPPI MELANCHTHONIS SERMO

uersis uelim. Illarū enim caussam suscepi tutandam ad/
uersus eos, qui uulgo sibi in scholis, doctorum titulos ac
præmia, Barbari barbaris artibus, hoc est, uī & fraude
arrogarūt, & hactenus ferè malicioſis ingenijs homines
retinēt. Germanicam iuuentutem paulo superiorib. an/
nis alicubi conatam in hoc felix certamen literarum de/
scendere, iam nunc quoq; non pauci, uelut è medio cur
su commento plusq; Thracio reuocant, **D**ifficilius esse
studium literarum renascentium quàm utilius, Græca à
quibusdam male feriatīs ingenijs arripi, ac ad ostenta
tionem parari, dubiæ fidei Hebræa esse, Interim à ge
nuino literas cultu perire, Philosophiam desertum iri. &
id genus reliquis cōuicijs. Cum isto grege indoctorum
congressuro, quis nō intelligat uel Herculi nō uno The/
seo opus esse. A deo suscepto negotio non parum æquo
dicar audaciōr. **U**t interim sileam, uix posse hanc à me
prouinciā administrari citra modestiæ periculum, qua
dispereā si quid unq; rerum humanarū prius duxi. Ar/
deo enim amore recti, & quom studia uestra uehemen
ter iuuari adulescentes cupiam, fiet ut quædam liberius
quàm isti uolent, dicam. **A**t quādo me huc siue ratio (ita
enim uideor mihi) siue casus aliquis impulit, uolo hanc
mecum clarissimi uiri caussam habere uos communem,
quorum industria, consilijs, operaq; fit, ut passim à situ
& squalore adferantur literæ, natiuumq; nitorem ubiq;
recepturæ sperentur. **P**lacuit igitur paucis cōmonere iu/
uentutem

uentutem illustris Academiae nostrae, ut quantum ad summam praedari instituti uestri attinet, intelligat, quae sit renascentium studiorum ratio, quae illorum, quae Barbari maiores nostri à Scotis in Gallia, à Gallijs in Germaniam inuenerunt, ut ordine ac ductu generis utriusque cognito, ipsi iudicetis utrum maiore commodo, periculo minore liceat amplecti. Atque in hoc omnis oratio mea incumbet, uti spem uobis elegantis literaturae. (de Graeca & Latina loquor) faciam. Scio enim in ipso iam uestibulo plerisque nouitate rei, si non deterreri, certe angere. Praestabat autem orationis argumentum & quasi filium ab ipsis studiorum fontibus & omnium seculorum literatis institutis ducere, sed ea scenae alterius erunt. Alterius scenae. Iam quod attinet, breuibus barbara studia cum synceris committam, Docebo quibus auspicijs Latina discenda sint, & Graeca tentanda. Interim quaeso dicentem benigni audite, id quod à uobis uel singulare meum erga uos studium, uel ipsa literarum dignitas impetrabit. Gotthi. Annis ab hinc opinor octingentis orbe prope uniuerso à Gotthis commoto, & à Longobardis deuastata Italia, simul cum Rhomano imperio Rhomanæ literae sunt intermortuae, quod unum belli furor & bibliothecas exciderat, & Musas ocio (ita ut sit) negato extinxerat. Scitis enim quam non conueniat cum sapientiae studijs atque adeo civilium rerum cultu Marti, quem fingit Homerus noster cum Pallade acerbis odijs conflictantem, *μεινόμενον* (ut ipse ait) *τυκτὸν κακόν*

Gregorius *κακόμ.* Quo ferè tempore Gregorius, quem isti Magnū,
 faciter per/ ego præultorem *καὶ δ'αδ'εχομ* THEOLOGIAE pereun-
 tibus uoco, cæterum eximia uir pietate, Rhomanam eccle-
 siam administravit, & infelicissimi seculi casum, quoad
 potuit, docēdo scribendōq; sustinuit. **S**ub id ætatis ne-
 mo, ut uidetur, nostrorum hominū fuit, qui aliquid in-
 signe scriptum ad posteros dederit. **V**erū hætenus in
Scoti. Scotis atq; Hybernis literas diuturna pax aluerat. Cla-
Hyberni. rebantq; n̄ cum alijs quibusdam tum maxime uenera-
Beda. bili Beda, Græce & Latine haud uulgariter perito, ad
 hæc in philosophia, Mathematicis, sacris sic erudito, ut
 cum uetustis quoq; conferri posset. Interim frigebat Ita-
 lia, frigebat Gallia, Germania, ut semper, armis quàm li-
 teris instructior erat, eaq; tum potissimum in Italia sæ-
 uiebat, nondum enim uniuersa **CHRISTVM** profiteba-
Carolus tur. In hunc rerum statum Carolus natus, cū fines Rho-
Magnus. mani imperij pacasset, ad instaurandas literas animū
 adiecit, nam & ipse præter multarum linguarum cogni-
 tionem, plerasq; disciplinas, quæ scholis debent, expedi-
Alcuinus. tas & compertas habebat, Alcuinum ex Anglia in Gal-
 los duxit, quo autore Parisij literas profiteri cœperunt,
 auspicio certe lato. nam puræ adhuc erant, & accedebat
Hugo Vi- Græcarum rerum mediocris peritia. Ea nobis ætas Hu-
ctorinus. gones, Ricardos, & alios nō pessimos scriptores adidit.
Ricardus. Philosophia non uti nunc ex Aristotele petebatur, sed
 totam sibi adseruerant Mathematica, quæ magnæ curæ
 tum

tum literati omnes habebant, id quod indicant ueteres monachorum diui Benedicti bibliothecæ, è quibus nemo clarus extitit, qui non opere Mathematico sit eruditionem suam egregie testatus. Deinde usu res acta est, incideruntq; homines quidam, siue libidine ingeniorū, siue amore litium ducti, in Aristotelem, eumq; manū & lacerum, & qui alioqui Græcis obscurus, καὶ τῷ λογίᾳ σίμιλις uidetur, Latine sic redditum, ut etiā Sibyllæ furentis coniecturas exerceret. Huc tamē incauti homines impegerunt. Sensim neglectæ meliores disciplinæ, eruditione Græca excidimus. omnino pro bonis non bona doceri cœpta. Hinc prodire Thomæ, Scoti, Durādi, Seraphici, Cherubici, & reliqui, ples numerosior Cadmæa sobole. Accedit insuper, quod non solum contempti ueteres studio nouorū, sed omnino si qui in eā supererant ætatē, ceu in Lethen, ablegati perierunt, ut dubites num alia re argutiarum autores plus nocuerint, quàm quod uercores tot milia ueterum scriptorū ad internicionem usq; aboleri passi sunt. Talibus deinde semel iuris diuini ac humani potestas facta est, ex horū decretis iuentus erudiebatur. Proinde in scientiam Iuris ac rem medicam pariter posthac sæuitū est. Oportebat enim similem præceptoris discipulum esse, ut aiunt uulgo, κακὸν κόρακος κακὸν ὄστρον. Hæc ratio studiorum annos circiter trecentos in Angliā, in Gallijs, in Germania regnauit, ut ne quid interim dicā immodestius, Quàm perniciofa,

Philosophia mathematica.

Aristoteles.

Thomæ. Scoti. Durandi. Seraphici. Cherubici.

Argutiarū autores.

Iura. Medicæ res.

CCC an. regnauit.

B conijcere

Audax cō
mentandi
& philoso
phandi ra
tio.

Christia/
na pietatis
interitus, li
terarum la
psui con/
iunctus.

Ceremo
nia.
Humanae
traditiōes.
ἁδυτερότης,
id est, secu
darii. sic
enim uoca

conijcere licet propemodū ex his quæ dixi, atq; ut planē
intelligatis, animū aduertite. **P**rimū desertis ueterū disci
plinis, quādo audax ista cōmentandi & philosophandi
ratio inualuit, simul Græca cōtempta, mathematica de/
serta, sacra negligētius culta sunt. Quo malo quæ sæuior
pestis esse potuit? Certe nulla uulgarior unq; esse po
tuit. Nā cū ad eā usq; ætatē, & Philosophia tota Græca
fuisset, & sacrorū Latinæ literæ præter Cyprianū, Hila
riū, Ambrosiū, Hieronymū, Augustinū, nullæ insignes
extarēt, & Græcorū usum uernaculū sacra occidētis ma
gna ex parte eatenus habuissent, fieri non potuit, quin
Græcis cōtemptis, unā quidquid cōmodi studijs huma
nis Philosophia cōfert, confert autē longe plurimū, dein/
de cura sacrorū sensim interiret. Hic casus uere Christia
nos ecclesiæ ritus ac mores, ille studia literarū labefacta
uit. Aequius forsan alterius ruina ferri potuit. Nā & la
psantes literas incorrupti Ecclesiæ ritus facile instaurare
poterant, & bonis literis, si quæ saluæ mansissent, liberū
erat ruinosos ecclesiæ mores corrigere, animos hominū
iācētis excitare, cōfirmare, & in ordinē cogere. At uero
siue fato, siue nostro uitio euenit, simul bonæ literæ non
bonis, prisca pietas ceremonijs, hominū traditionibus,
cōstitutionib⁹, decretis, capitulis, extrauagātibus, glossis
mutata est. Neq; retulit quod Nicæna synodo
patres tā prudenter cauerūt, τὰ ἀρχαῖα ἔθνη κρατεῖται, **A**uda
cius hæc uidear alicui, q̄ ex usu uel ætatis uel studiorū
meorū,

meorū. uerum ut sic dicā, res uestræ ingenui iuuenes po-
 stulant. Nam ut quidam segnius cum bonis artibus in
 gratiā redeant, nimirū in caussa est, quod nondū quisq̃
 eos libere admonuit. Iam igitur cognoscite, quæ nam sit
 illa Barbarorū cōmentandi ratio, quæ è quib. manarit
 fontibus, audistis. **A**rtiū genera omnino tria sunt, λογικῶν **A**rtium ge-
 κῶν, φυσικῶν, ποσειπικῶν. Logicum uim omnē ac discrimi-
 na sermonis tractat, & cū per ipsum in illa superiora sit
 iter, primū formandæ pueritiæ rudimentum est, literas
 docet, proprietatē sermonis aut regulis adstringit, aut
 collatis autorū figuris indicat quid obserues. id quod fe-
 rē Grāmatica præstat. Deinde cū paulo progressus fue-
 ris, iudiciū animis cōparat, quo metas rerū, ortus, fines,
 ductum, sic agnoscas, ut sicubi quid inciderit exacte tra-
 ctandū, omnia quæ ad institutū pertinent, quasi in nu-
 merato habeas, & artis adminiculis ita sensus auditorū
 capias, ut dissentire temere non queant. Hæ partes illius
 sunt, quā uos Dialecticā, alij Rhetoricā uocant. nomini-
 bus em̄ uariant autores, quom̄ ars eadē sit. Atq̃ hic do-
 cendi ordo quondam fuit, quom̄ uigerent adhuc literæ,
 donec in Bullatos quosdam magistros incidimus, qui
 scitis qua mole cōmentariorū Grammatica primū op-
 presserant. Sed quando ea reuixerunt, de Dialecticis ui-
 deamus, quæ adhuc ex Tartaretis, Bricot, Peruersore,
 Eckijs, Copulatis bursæ montis, Exercitijs Taurinis &
 Caninis, & alijs huius farinae petimus. Licet hac parte

bantur hu-
 manarum
 traditionū
 doctores.

Artium ge-
 nera.

Bullati ma-
 gistri.

mihi liberius agere. nam & iisdem ego annos iam sex
 perpetuos penè detritus sum, & quom rem probe medi
 tatam habeam, nō erit difficile mihi, suis eam coloribus
 pingere, ac declarare non esse *διαλεκτικά*, quæ isti amissi
Dialectica incitiæ magistri profitentur. Primum Dialectica, ut di
 xi, methodus quædam est omnium quæstionum com
 pendiaria, *διακτικὴ τε καὶ διακριτικὴ*, qua constat ordo &
 iudicium cuiusq; rei tractandæ, ut in quoq; uideamus,
 quid, quântum, quale, quot, quomodo, si simplex sit. Sin
 complexum, uerum ne an falsum. Simplicium discrimi
 na notionesq; isti per loca senta situ cogunt, noctemq;
 profundam. Complexorum doctrinæ, quas tenebras
 non offuderunt argutijs, quales sunt, Genus est species,
 Nullus & nemo mordet se in sacco, Parisijs & Rhomæ
 uenditur piper. Arcent foro suo quæ non adsequuntur.
Prædica **Librum** *κατηγοριῶν* aiunt Dialecticæ tabulis nō cenferi,
menta. quom inde omne artificium inueniendi, ceu è fonte, fluat,
 & *κατηγορίαι* non sint nisi *μέθοδος* quædam simplicium.
 & hic argutantur, Num singula genera generalis, reali
 ter, ut uocant, discrepent, atq; de eo nondum inter Scoti
 stas ipsos conuenit, multo minus cum factionis diuer
Posteriora sæ nominibus. Analytica posteriora cum sint disponen
 di series, ac ut Simplicius Peripateticus ait, Canon ac
 amissis artificiosæ disputationis, inter Metaphysica no
 stri retulerunt. Nempe quo rem per se non admodum
 difficilem, ac mire utilem studijs honeste tractandis, &
 difficilem

difficilem & inutilem redderent. Hoccine est illud docere quod iactant? hæccine sunt sine quibus pensum arti cuiq; suum reddi nequit? Hæccine sunt, quæ tam splendidis philosophiæ titulis auctoriatur. At quanto minoris didicissent recte sapere quàm desipere. Sed cohibeo animum, ne quem uel bonorū nimia libertas offendat. Vos à me adulescentes hoc unum agi putetis, utilius quàm quod olim tractabant, studium uideri renascentium literarū. Equidem aliquot noui recti iudicij uiros, quibuscum saepe rem eandem contuli, prosum nostræ sententiæ omnibus calculis adstipulantes. Amicus mihi quispiam est non uulgaris, sub quo primum puer præceptore in Sueuis Tubingæ dialecticis merui annū unū aut alterum, hætenus ut fratre semper familiaris. usus, Franciscus Stadianus, eruditione ac uitæ genere tali, ut à bonis ac doctis omnibus certatim diligi mereatur. Is Analytica posteriora Sueuicæ iuuentuti anno superiore prælecturus, à nobis Themistiij libellos, quos Latine reddidit Hermolaus, accepit, addidi quædam è Philopono transcripta, neq; enim Græca omnia satis mihi probantur. Admonui insuper illhæc ab Aristotele Rhetorica doceri. Legit, relegitq; & quo est iudicio, protinus ad scopum aduertit animum, ibi re penitus cognita, & pro felicitate ingenij sui aucta illustratq; tot notabilibus, acceptionib⁹, distinctionib⁹ exauctoratis, causam integram, ueluti recuperatorio iudicio restituit, scholæ simpliciter

Studiū re/
nascentiū
literarum.

Franciscus
Stadianus

Themisti⁹.
Hermo/
laus.
Philopo/
nus.

simpliciter ac candide summam rei ῥ' ἄλφα καὶ ω, traditurus. Ad hæc male precatus nugis, obnixè à me contendit, Aristoteli purgandò socias manus adijcerem, conaturum omnia sese pro uiribus, uti artium elementa uindicta Barbarorum liberarentur, Primi nominis studia à sordibus recipi non posse, nisi purgatis adulescentiæ rudimentis, Id ferè quencq; in summis posse, quod in infimis assueuerit, In summa, omnia sibi de grandioribus polliceri, si exercendæ iuuentæ ratio melior iniretur. Placuit amici consilium, & negotium unà literariū suscepimus. Dñ reliqua secudent. Nunc quæso uos, quanti facitis huius uiri iudiciū, cum in alijs disciplinis ὁυ παρέργωγες, tum in hoc genere summa cum laude annos opinor decem uersati. Hoc egero uobiscum teste, atq; eo sanè iurato, non esse in his uulgatis Stromatis, quod probari cuiquam præter personatos quosdā professores γάρδωες μάλλον ἢ φιλοσόφωες queat. Iratas habeam Musas, ni hæc ita damnem, ut pro eis meliora felicioraq; uos amplecti uelim. Alioqui liberum per me cuiq; fuerit, quorsum uel usus uocat, uel ingenium trahit, sequi. Sat scio nullum fuisse seculum, neq; Græcorū neq; Latinorum, quod nō sit egregie nugatum philosophando, ueteres aliquanto q̄ noui felicius. Quare afferas ad ea studia, oportet animū acrem & curam, deinde magistrum adhibeas boni iudicij, qui seligat, quæ nam & quatenus discenda sint. Dolet enim sanis, esse qui per
suaserunt

Acris animus.

Cura.

Præceptor doctus.

suaserunt sibi, nisi hæc nugalia didicerimus, non fore ex
 usu quidquid studiorum affectemus. Modestus uir So
 crates erat, qui cum opinione sapientiæ uulgo coleretur,
 dicebat, hoc unum se scire quod nihil sciret, illi cōtra hoc
 unum nesciunt, quod nihil sciunt. Atq; utinam feliciter
 eos aliquando ἐσμῆς ὁ λόγιος uirga sua demulceat, ut ex-
 pergefiāt, ut desipere se agnoscat. Ut euagarer longius,
 ipsa me rei indignitas perpulit. Volo enim fidē studio-
 sis factam, aliud quoddam literarum genus utilius esse,
 quàm sit quod Copulata iactant. atq; hæc in Rhetori-
 cis nostris longius. Quin uideamus & hoc, facile ne sit,
 hac enim se cōmendatione diuendunt, quasi uero angu-
 stis adeo finibus contenta uirtus esse debeat, ut quod
 cuiq; prodiue sit aggredi, continuo idem honestum sit.
 Quantum ætatis homini datum est, nedum adulescen-
 tiam, insumunt, ut Euripos omnes, sic enim Nazanze-
 nus uocat, Aristotelicos exhauriant, id quod nescio an
 unquam alicui contigerit. Subinde enim quod exhauri-
 tur influit, felicius id quidem quàm quod de Danai-
 dum dolijs ferunt. Adde quod cum se ueri scientiam
 meditari gloriantur, plurimum operæ fallacijs necten-
 disque dolis linguæ nauant, ut festiuiter ludit Isocra-
 tes, cum ait, οἱ προσποιοῦνται μὴ πῶ ἀλήθειαν ζητῆν, ἐυδύε-
 δ' ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπαγγελμάτων, ψεύδη λέγαν ἐπιχαροῦσιν. De-
 inde ex tot factionū diuersis opinionibus uix unā aut
 alterā, quæ sibi constet, reperias. Solent em̄ ex ueteribus

Socrates:

Rhetorica
Melan-
chthonis.

Euripi Ari-
stotelici.

Factionū
Philoso-
phicarum
opiniones
diuersæ.

Theologis

Theologis quidam primi nominis dixit, **In** omni humano dogmate, falsis uera, ueris falsa misceri, καὶ τὰ ληθεῖα πολλαῖς ψεύδεσιν ἐγκυβήσασθαι, ut Dionysij uerbis utar. Ibi uero quanto agas negotio, quib. auditorē perfugijs trahas, dum sententiæ doctoris inter se conueniant, nimirum ut candida nigris. at nil refert, cadat. an recto stet fabula talo, modo clamatū sit fortiter. **Q**uanto satius erat hic uel τὸ ἐπέχαι nouæ Academiae amplecti. Vereor ne molestum sit uobis audire tam inconditas nugas, alioquin exemplis hæc comprobarem non paucis. Interim partium studijs disceditur, aluntur odia, friget humanitas, & cum à literis nihil abesse debeat longius rancore, nam cōmunia erant Musis & Gratijs quondam sacra, horum studia, quæcūq; sunt, uel sola nutrit inuidia. **S**ic imbuti, quom ad sublimia, Theologiam, Iuris scientiā, aut rem medicā, effœtis iam annis pedem mouēt, quid aliud defectis ingenij uirib. quàm quod in ludo consueuerunt, agant. Nugantur ergo, bis pueri, senes, quantū si cui paulo felicior est genius, lusisse pudet, sed non incidere ludum. Porro uobis adulesc. uestram gratulor felicitatem, quibus benignitate optimi & sapiētissimi principis nostri **FRIDERICI** ducis Saxoniae Electoris contigit longe saluberrimis erudiri. fontes ipsos artium ex optimis autoribus hauritis. **H**ic natiuum ac syncerum Aristotelem, ille Quintilianum Rhetorem, hic Plinium tantum non ditissimū Pædeiae ac ueluti quoddam **Copiae**

Fortiter
clamatum

Inuidia.

Fridericus
dux Saxo
niae.

piæ cornu, ille argutias, sed arte temperatas docet. **A**ccedunt sine quib. nemo potest eruditus censerī, Mathematica, item Poëmata, Oratores, professoribus non proletarijs. Hæc si cognoveritis quo ordine tractãda sint, certo scio & facilia & admirandi profectus uidebuntur. Puerilia studia quæ appellant *πρόγυμνάσματα*, Grammatica, Dialectica, Rhetorica eatenus discenda sunt, quã ad dicendum ac iudicandum instructus, fastigia studiorum non temere affectes. Iungendæ Græcæ literæ Latinis, ut Philosophos, Theologos, Historicos, Oratores, Poëtas lecturus, quaqua te uortas, rē ipsam adsequare, non umbram rerum, uelut Ixion cum Iuno ne congressurus, in nubem incidit. Hoc quasi uatico comparato, per compendia *καὶ ἐν περὶ*, ut Plato ait, philosophiam accede. Nam in ea sum planè sententia, ut qui uelit insigne aliquid uel in sacris uel foro conari, parum effecturum, ni animum antea humanis disciplinis, sic enim Philosophiam uoco, prudenter & quantum satis est, exercuerit. Nolo autem philosophando quenquã nugari, ita enim fit, ut communis etiam sensus tandem obliuiscare. Sed ex optimis optima selige, eacq; cum ad scientiã naturæ, tum ad mores formandos attinentia. In primis hic eruditione Græca opus est, quæ naturæ scientiam uniuersam complectitur. Ut de moribus apposite ac copiose dicere queas, plurimum ualent Aristotelis

Humanae
disciplinae.

Eruditio
Græca.

C Moralia,

Moralia, Leges Platonis, Poetae, atque ipsi sancti, qui & optimi sunt, & in hoc legi possunt, ut animos erudiant. **Homerus.** **Virgilius.** merus Graecis fons omnium disciplinarum, **Virgilius Horatius.** ac **Horatius** Latinis. **Necessaria** est omnino ad hanc rem historia, cui si ausim, me herde non inuitus unum contulero, quidquid emeretur laudem uniuersus artium orbis. **Hac** quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, **Plenus** ac melius **Chrysippo** & **Crantore** dicit. **Hac** nulla uitae pars, neque publica, neque priuata uacare potest. **Huius** administratio rerum urbanarum domesticarumque debet. **Ac** nescio an minore incommodo mundus hic noster sole, animo uidelicet suo cariturus sit, quam historia, ciuilium negotiorum ratio. **Consensu** maiorum nostrorum celebratum est, **Musas** ex **Memoria** natas esse. **Eo**, ni fallor, significatum, ex historia omne artium genus manare. **Complector** ergo philosophiae nomine, scientiam naturae, morum rationes, & exempla. **Quibus** qui recte imbutus fuerit, ille uiam sibi ad summa munit. **Causas** acturus habebit unde diuitem rerum, ac amplam orationem condat, **Ciuitatem** administraturus, unde aequi, boni, iusti formulas petat. **Nimirum** haec philosophiae commoda **Demostheni** clarissimo oratori uisa sunt, quorum tam accurate eam adulescenti cuidam commendavit, *ὄμιζε δὲ*, reliqua ipsi in **Erotico** legite. **Mar. Cicero**, nusquam non dedit philosophiae

Musæ e
Memoria
natae.

Demo/
sthenes.

M. Cicero

philosophiæ primas, & audistis opinor, quid ille in com-
paratione Seruî Sulpitiî & Q. Scæuolæ, Iurifcon. quen-
dam σοφὸν Rhomani cognominarunt, admirati ube-
rem in eo philosophicarum rerum scientiam. Verum
quod ad sacra attinet, plurimum refert, quomodo ani-
mum compares, Nam si quod studiorum genus, sacra Sacra,
perfecto potissimum ingenio usu & cura opus habent.
Est enim odor ungentorum domini super humana-
rum disciplinarum aromata. Duce spiritu, comite ar-
tium nostrarū cultu ad sacra uenire licet. Sicut ad Her-
culianum Synesius scribit, ἐξωμένως εὐδύμως διαβίωνε Synesius.
φιλοσοφία χρώματος ἐς τὸ δᾶου ποδηγετούση ἀξιόγασε. Id si
cui non uidetur, cogitet præter cætera & oreichalcum à
Tyrijs in templi Solymi fabricam collatum esse. Itaque
cum THEOLOGIA partim Hebraïca, partim Græca Theologia
fit, nam Latini riuos illorum bibimus, linguæ externæ
discendæ sunt, ne ueluti κωφὰ πρόσωπα, cum Theologis
agamus. Ibi se splendor uerborum ac proprietates ape-
riet, & patefcet uelut intra meridiana cubilia uerus ille
ac genuinus literæ sensus. Proxime cum literam perce-
pimus, sequemur elenchum rerum. Faceffent iam tot fri-
gidæ glossulæ, cōcordantiæ, discordantiæ, & si quæ sunt
aliæ ingenij remoræ. Atque cum animos ad fontes con-
tulerimus, CHRISTVM sapere incipiemus, mandatum
eius lucidum nobis fiet, & nectare illo beato diuinæ sa-
C z pientiæ

pientiaē perfundemur. **A**c cum in uineis Engaddi cype-
 rum legerimus, occurret sponsus saliens super montes,
 & trāssiliens super colles, ductos in palatia Eden בשמי
 רורר succo liquido, fragrante, in pios animos diffuen-
 te inunget, ac morte osculi dignabit. Illius membris in-
 ferti uiuemus, spirabimus, uegetabimur, Sion contem-
 plantes, & silentio κρυφίως Salem adorantes. Hic cœ-
 lestis sapientiaē fructus est. **E**am igitur quā purissime
 non interpolatam nostris argutis colamus. **I**d quod
 cū aliquoties inculcat Paulus, tū in epistola ad Titū, se/
 dulo à Christiani hominis doctrina exigit, & διαφθορίαν
 integritatē, hoc est, ne lubrica sit fides, **D**einde σεμνότηα
 mundiciem, hoc est, ne alienis literis improbe sacra con-
 taminemus. **O**pinor quod futurū sciebat, si sacris pro-
 phana miscerentur, fore, ut simul prophani affectus,
 odia, studia factionum, schismata, iurgia confertim suc-
 cederēt. **P**roinde qui diuinis initiari uolet, **A**d am illum
 ueterem exuat oportet, ut incorruptibilem Adam in-
 duat, hoc est, humanos affectus, ipsūque callidi ser-
 pentis iugum supera uirtute frangat, excutiat, ut in glo-
 riam domini transformetur in abyssum abyssus. **H**oc
 sanè in causa erat, cur dicerem usu literarum destitutam
 Ecclesiam, ueram ac germanam pietatem traditionibus
 humanis alicubi mutasse. **P**ostquam hominum com-
 menta placere cœperunt, & amore operum nostrorum
 uicti

Sapiencia
 nostris nō
 interpolla-
 ta argutis

Traditiōes
 humanæ.

uicti, pro Manna Beelphegor gustauimus, homines non ³⁰¹ esse coepimus. Hæc uelim ita dicere uidear, ut sentio. Sentio autem omnino aliud nihil, quàm quod Euangelicæ ueritati, Ecclesiæ decretis probatur, eritque mihi quod illi dicunt צנה אמיניו. **V**amne obscure intelligitis, quantum sit in renascentibus studijs momenti, quantum ad excolendas bonas mentes conducant. Quem non miserefeat superioris ætatis, quæ tam clara luce studiorum deserta, in Orci tenebras, & nescio quas feces literarum incidit. Quem non tangat ingens nostri seculi calamitas, quod & uetustis autoribus nostratum incuria orbatum est: deinde quod hi quoque lucrifecissent ex bonis, ni perissent illi, desyderat. Superest igitur iuuenes ut audeatis, quanquam ita ferè habeat, ut difficilia sint, quæ pulchra sunt, tamen ita uincet industria difficultatem, ut longe minore impendio bona quàm mala uos sperem assecuturos. Deligunt uobis præceptores uestri, quæ ex usu est scire, friuola secernunt, atque in Latina quidem. Simul cum Latinis Græca disci, & debent & facile possunt, modo succisinas aliquot horas Græcis date: ego faxo studio ac labore meo, ne opera uos uestra frustretur. Statim enim ab initio difficultatem rei Grammaticæ optimorum autorum lectione temperabo, quod illic regula, hic exempla doceant. **A**ccedet obiter in autoribus interim quod ad mores,

Renascentia
studia.

Latina.
Græca.

Autores
optimi.

uel rerum secretarum scientiam pertinet: omnia si contu-
 leritis, pulcherrime absoluent orbem studiorum. **E**ric
 Orbis stu-
 diorum.
 enim curæ mihi, ut pro re quæ uidentur, diligenter ad-
 Homerus. moneam. Homerum habemus in manibus, habemus
 Paulus. & Pauli epistolam ad Titum. **H**ic spectare uobis lice-
 bit, quantum sermonis proprietates ad intelligenda sacro-
 rum mysteria conferat. **Q**uid item intersit inter inter-
 pretes Græcæ doctos & indoctos. In alijs nota mala
 pro bonis ducantur in hoc negotio, diutius citra iactu-
 ram ineptire non licet. Capessite ergo sana studia, &
 quod à Poëta dictum est, animo uoluite, Dimidium fa-
 cti q̄ cœpit, habet, sapere aude. **V**eteres Latinos colite,
 Græca amplexamini, sine quibus Latina tractari recte
 nequeunt. Ea pro omnium literarum usu ingenium
 alent mitius, ac elegantius unde quaq̄ reddent. Paucis
 annis prodire in lucem, qui uobis & exemplo & stimu-
 lo sint. Videor enim uidere mihi tacitus aliquot locis re-
 florescere Germaniam, planèque moribus & communi
 hominū sensu mitescere, & quasi cicurari, quæ Barbaris
 olim disciplinis effera, nescio quid immane solita est spi-
 rare. Proinde locabitur operam, non modo commodo
 uestro, eoque ad posteros propagando, sed omnino
 gloriæ non inter morituræ Principis omnium gentium
 consensu optimi, qui nihil adserendis bonis literis ha-
 bet potius. Equidem quod ad me attinet, nihil non con-
 nitur.

Veteres
Latini.

Fridericus
Saxonie
dux.

nitar, ne defuisse uel pientissimi Principis uoluntati, uel studijs uestris optimi auditores uidear. Atque hoc me nomine uobis clarissimi uiri Academiae Saxonicae principes addico ac deuoueo. Vestrum erit adulescentiam meam bonis literis consecratam, minime malis artibus imbutam: deniq; in fidem uestram sedulo commendatam, benigno officio seorsu tueri ac conseruare.

D I X I.

S
AD VENERABI-

LEM PATREM MARTINVM LVTHE-
RIVM VERE PIVM THEOLO-
GVM, PHILIPPVS ME-
LANCTHON.

Ω Ναζαράϊε Ἰσραήλος Ζάθεε
Οσιώτεξ, ὃ εἰρηνοποιῶν θυμάτων
Εκλεκτέ ἀφδῶρ ἀληθείας λάτρι,
Ω ψυχέων κοσμήτορ ἄχαντ' εὐσεβῶν:
Ανερ πόθων, σοφίας θεόπνευσ' ἄγγελος
Δίκης τ' ἀμήτητορ, λόγῳ τε ἐνθεῶν
ζωάρκειός τε μύσα ὄλβιε πνοῆς,
Ο φη εὐχρίστ' εὐοδ' μα βάλλσμμα.

C 4 ἑκκλησίας

Εκκλησίας δ' αὐτῶν χάριτος κηρύγματι,
 καὶ τῶν νεῶν τῶν παρελεείμων θεῶν
 Πισὸς τε ἄγρυπνος τε ποιμὴν, τὸν λύκοι
 τὸν ἄραβ' ἀπώθων, τὸν σοφιστὰν βασιλῆα,
 Εκπληξοὺς ὦ χορηγ' ἀληθείας ποτε
 τὰς βεκκεσελῆνας ἦν γε λογομάχων φρένας.
 τῆ δαυματόργῳ μωσέως ξάβδω βόλα
 βλεπεδαίμονας μάγας, τὰ γλωτταλγύματα
 δεκρυθίνοις ἀνδραξι τῶ λόγ' ἐκφλεγε.
 μάχην ἀναξρόπως τε κ' ἀλήκτως ἔπει
 τῶ πυρφόρῳ Ἰησοῦ. ὑπερασπίζεις
 τῶ ἐνλοκημύοιο ἦν πωιδῶν λάχους.



RODOLPHVS

AGRICOLA PHRISIVS IN PRIMO

capite secundi libri de inuentione

Dialectica, sic inquit,

CScio uero quid à nōnullis mihi possit responderi, mi-
 nus hanc Dialectices iacturam indigne ferendam, in
 tanta omnium studiorum colluuiē, quum cuncta uelut
 feræ caueis effractis in proximorum ius & fines irruer-
 rint, nec quicquam fermè discatur hoc tempore suo lo-
 co. Sic Iurisconsulti perplexa & inuoluta disputandi præ-
 cepta balbutiunt. Sic Medicinæ studia magna ex parte
 redacta sunt ad superuacuas instituto suo physices qua-
 stiones. Sic Physice Mathematicas arripuit, inde uerbo
 sa illa est de maximo & minimo, & de calculandi (ut
 aiunt) ratione iactatio, nam Mathematicæ ipsa, ueluti
 quæ minime ad inanes faciat contentiones circulum,
 neq; clamorum sit capax, sed puluere & radio conten-
 ta, mutam potius oculorum, quàm loquacem aurium
 sequatur fidem, deserta est, & idcirco etiam tanquã non
 accessa prophanis mysteria, minime contaminata. De
 THEOLOGIA uero quid dicere oportet, cui si Meta-
 physicen, si Physicen, si Dialecticen hodie demas, nu-
 dam porrò & destitutam, & quæ nomen suum tueri ne-
 queat, reddes, ergo quum docendus erit populus, & ad
 religionem

Iura.
 Medicina.
 Physice.
 Mathema-
 tice.
 Theologia

religionem, iustitiam, cōtinentiam adhortandus, ex illis
artibus inextricabilis aliqua eruet̄ disputatio, quæ tem-
pus extrahat, & inani strepitu audientium feriat aures.
docent itaq; quemadmodum pueri solent in ænigma-
te proponere, quæ ne tum quidem quum docuerint, uel
ipsimet qui docent, uel illi qui didicerint, sciant. Has ego
persæpe querelas audiui grauiſſimorum doctissimo-
rumq; hominum, quos uel grandior ætas, uel acrior in-
genij uis meliorum admonebat, qui ferebant gra-
uiter, pulcherrimarum artium ordinem tur-
bari, membra confundi. quæ uera esse
quemadmodum affirmare non
audeam, sic esse falsa uel
maxime optaue-
rim. Et cætera.

S B A S I L E A E . A P V D I O .

F R O B E N I V M M E N -

S E I A N V A R I O ,

A N N O M . D . X I X .

1844500

